opus ma[...]tiquae. [...]uis artifex
faber de si[...]lignum r[...]eccuerit.
Et huius docte erudiet omnem corticem.
Et arte sua usus diligenter fabricet vas
utile in conversatione vitae. Reliquias
autem eius operis ad praeparationem escae abuta
tur. Et reliquum horum quod ad nullos usus
facit. Lignum curvum et verticibus plenum,
sculpat diligenter per vacuitatem suam. et
per scientiam artis suae figuret illud. Et adsi
milet illud ad imaginem hominis aut alicui ex anima
libus conparet illud. perliniens rubrica. et
rubicundum faciens fuco colorem illius.
Et omnem maculam quae in illo est perliniens.
Et faciat ei dignam habitationem. In pariete
ponens illud. et confirmans ferro ne forte
cadat prospiciens illum. Et sciens quoniam non potest
se adiuvare. Imago enim est. et opus est illi ad
iutorio. Et de substantia sua et filiis suis et
de nuptiis votum faciens inquirit. Non eru
bescit loqui cum illo qui sine anima est. Et
pro sanitate quidem infirmum deprecatur.
Et pro vita mortuum rogat. et in adiutorio in
utilem invocat. Et pro itinere petit ab eo

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Fragm. 6, Fragm_6_3v – Biblia Sacra Vulgata, Liber Sapientiae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pg8q/357/10948)